ma altedo est terminus primi mutari esse in actu ꝓpleti et pfecti. Sed secūda pars patz. nam gratia exempli quo cūcq; pūcto spacij signato ante pūctum totaliter finalem adhuc ꝓtingit signare alium pūctum ꝓpinquiorem puncto finali in quo est quedā inceptio motus. Et pari mō est de tempore ⁊ de mobili Ad rōnes. Ad pmā dicit negādo antecedēs. Et ad pbationez dicendū. q hoc est verū in pmanentib. sed non in successiuis Ad secūdā similiter negef ꝟsequētia. Et ad pbatōem dicit q nō est idem mutatū esse finiens mutari et pcedens ipm mutatum esse. Ad ꝟfirmationē pz p idem

Querit quinta. Utrū spacū tempus motus ⁊ mobile: ꝟsimiliter se habeant ad finitum ⁊ infinitū esse

Pro parte affirmatiua est phūs in littera ibi (quoniam aūt omne qđ mouef) Sed p pte negatiua arguit primo sic. q motus celi est infinitus tpe. ⁊ tñ mobile est finitum ⁊ etiā spaciū pertransitum. igitur ⁊c. Secūdo sic ista quatuor sunt ab inuicē separata et distincta. ḡ ad finitatem vel infinitatē vnius nō seq̄tur finitas vel infinitas alterius

Maior. Tempore existente finito: nequit infinita esse spacij magnitudo Minor. Sicut finitū et infinitū se habent circa tempus et spacium: sic se habent circa mobile et motum.

Conclusio. Igitur ꝓportionabiliter se habent q̄tuor p̄dicta: quo ad esse finita ⁊ infinita

Maior pbaf. q accepta aliqua parte finita ipsius tēporis ptransitur aliqua pars magnitudinis. ꝟstat autē q hmōi pars tēporis aliquoties replicata integrat totum tempus finitū. et p ꝟsequens magnitudo spacij q resultat ex partibus magnitudine ⁊ multitudine finitis erit solum finita. Et ecōtra data finita magnitudine nō ꝓtingit tempus infinitū esse. q accepta aliqua pte magnitudinis ꝟstat q illa in tempore finito ptransitur. talis aūt aliquoties replicata ꝟstituet totā magnitudinem et p ꝟsequens tēpus pertransitiōis erit finitū Minor patet loquēdo de mobili p ꝓparatōem ad aliquod signum. q si mobile ptranseundo aliquod signū indigeat infinito tpe ipsum non potest esse finitū. ⁊ econtra si sit infinitum nō potest ptransire signuz in tempore finito Et pari modo ꝟstat in motu Conclusio illata sic patz. q spaciū tempus mobile et motus diuidi possunt in infinitas partes ꝓportionabiles. non aūt in infinitas equales nō cōicantes. Corrolariū. Quecūq; de motu sunt superius pbata: eadem sunt de stare ⁊ quiete siliter accipiēda. Patet nam stare fm Aristotelē idem est q tendere ad quietem. et p ꝟsequens idem est iudicium de motu ⁊ stare. quies aūt nō solum est negatio motus. sed pūatio motus in eo qđ natū est moueri. cōstat ergo q quies nō potest esse in nūc. ⁊ q diuisio quietis pcedit in infinitum

Ad rationes Ad pmā dicit q Aristoteles in p̄dictis supaddit dūmodo nō fiat reiteratio motus sup idē spacium. ad excludendū illam instantiā de motu celi qui fit supra spacium finitū. et tñ est perpetuus fm ipm Ad secūdam dicit q licet illa sint realiter distincta. tñ quo ad esse quātum et ꝓtinuū habēt ad inuicem necessariā habitudinē et ꝓportionē. q motus suam cōtinuitatē capit a magnitudine et tempus a motu. ideo quo ad esse diuisibile et quo ad esse finitum et infinitum habent inter se necessariam habitudinem

Zeno autē derationatur et paralogisat.

Querit primo. Utrum rōnes Zenonis sint sophistice: quib. vult q nihil moueri sit possibile Pro responsione noto q Zeno vt aliqui asserūt fuit elevati ingenij q ꝓpria intentione voluit motū esse. sed excogitauit quasdā rōnes potiores ad exercitiū alioꝝ. ex quib. videtur nihil posse moueri. Sūt aūt rōnes sex numero. quarū primē quatuor nituntur destruere generaliter motū localez quinta nitit destruere motū inter terminos ꝓtradictiōis sexta vero machinat ꝓtra motū localē circularē

Maior. Peccant quatuor zenonis rationes prime: volētes q nihil moueri localiter sit possibile Minor. Sicut zeno non interimit inter ꝓtradictoria mutationem: ita nec motum localem circularem. Conclusio. Sunt igit argumēta zenonis sophistica: q̄uis multis ingerāt difficultatem ex sua apparentia

Maior patz p. pcessum Aristotelis in littera. Et hec pbatio sufficit pro respōsali ad hanc questionē. debet nichilominus respondēs esse prouisus de intellectu illaruz rationū ⁊ de solutiōib. earūdē. Minor pz siliter p philosophū in littera. et tantū dicat respōsal. Sed si p̄sidēs querat vlteriorē declarationē recurrat ad copulata ⁊ ad textum phi qui copiose soluit duas vltimas rationes

Conclusio seq̄tur ex p̄missis.

Querit secūdo Utruz aliquod indiuisibile: possit moueri per se. Pro responsione noto primo. q dupliciter dicitur aliquid moueri. scz per se et per accidens. Noto secūdo. q indiuisibile potest dici multipliciter. Uno mō q nō p̄t diuidi in ea que sunt fm spēm diuersa. Verbi gratia. nam mixta resoluūtur in elementa. sed elementa nō resoluūtur vlterius in diuersas spēs. et ideo dicuntur corpora simplicia. Alio mō aliquid dicit indiuisibile ex suppositione. scz si debeat in esse pmanere. et sic primo huius dictū est q est dare minimā carnem. Tercio aliquid dicit indiuisibile. q nature sue repugnat diuidi. licz habeat dimensionē. et sic celū dicit indiuisibile. Quarto ⁊ ad ꝓpositū ōr aliquid indiuisibile q est impartibile fm q̄titatē. q scz nō hz q̄titatem extensiuā. et sic pūctus ⁊ substantie spūales dicūtur indiuisibilia. Et hoc subdiuidendo solet dici. q aliqđ est indiuisibile habens positionez in ꝓtinuo. sicut pūctus. Aliud est indiuisibile nō habēs positionē in ꝓtinuo. sicut aīa vel aliqđ hmōi. Noto tercio q hic est ꝓtroversia ꝓpter diuersa verba Aristotelis. an scz indiuisibilitas de qua hic loq̄tur Aristoteles debeat referri ad mobile vel rem fm quā est mob. videf enī quibusdā q debeat referri ad mobile. aliis vero q debeat referri ad rem p̄dicamentalē. in qua est motus. vt patebit infra circa minorem

Maior Aliqđ indiuisibile: moueri p accidens est possibile. Minor. Neutro modo circa indiuisibile: ꝓt esse motus phisicus p se.

Conclusio. Igitur ad motū alteri⁹ p̄t moueri indiuisibile: scz ipm moueri p se est ipossibile

Maior ꝓpositio sic ostendit. qz motis nobis mouent ea que in nobis sunt. vt ꝺr octauo huius. sed in cōtinuo est aliqꝺ indiuisibile. vt dictuz est ꝓus. et ꝑ ꝯsequens ad motū ipsius ꝯtinui mouet etiā ipsum indiuisibile Hinor ꝓbat ꝑ ꝓbm in littera. dicit aūt neutro mō tam ꝓpter mobile q̄z ꝓpter rem ꝑncipalem in qua est motus. qz nullum istoꝝ ꝑ se mouet. Patz ꝑmo de mobili ꝑ tres rōes phi. quas oportz mente tenere. Secūdo pz de re ꝑdicamentali. quia dictū est supius qz res ꝑdicamentalis est vna de numero eoꝝ que siliter diuidūtur. sicut mobile et spaciū. Etiā ois motus requirit oppositos terminos et mediū inter eos. put superius satis est visum. Est tn verū qz phus hic principaliter intendit loqui de diuisibilitate mobilis. nam in hoc sexto phs loquit de motu fm qz habet ꝯtinuitatē quā dicit ꝑmo ꝯpetere ipsi mobili. qz dicit qz ipsius mutantis ad est illius qꝺ mouet necesse est vnā ꝑtem esse in termino a quo. z aliā in termino ad quē

Conclusio pz ex dictis superius incidēt aliter. sed phs eam hic magis exquisite ꝓsequitur. vt pz in littera. vbi ꝓbat qz oē mobile est coꝛpus. eo qz ꝓbat qz nullū impartibile est mobile. ad quaz seqtur imediate qz oīe mobile est partibile Corrolariū ex ꝓoribꝫ sequens. Ratio ipsius Eraclīti est falsa: ponēris qz aliqua mutatio sit infinita. Patet ex supius ventilatis. sed tn phus eā hic ostendit ex parte terminoꝝ inter quos est mutatio. Etiaz ostēdit hoc idem ꝑ hoc qz natura nullū motū incipit quē nō poꝛtest terminare. cōstat aūt qz infinitū nō ꝑt ꝑtrāsiri. z ideo frustra inchoaret mutationem infinitam. Et sic apparet mens Aristotelis circa istā difficultatē z ꝑ ꝯsequēs circa totā materiā huius sexti. de quo sit in secula benedictus qui regnat trinus z vnus Amen

Vne aūt qꝺ mouet necesse

Circa initium

septimi libri phisicoꝝ Querit ꝓmo. Vtrū omne qꝺ mouet moueat ab alio: tāq̄z a motoꝛe distincto

Pro parte affirmatiua est phs in littera. Sed ꝑ parte negatiua arguit multiplicirer. Primo qz graue existens sursuz mouetur a se deoꝛsum. Et aqua calefacta reducit se ad pristinā frigiditatē. Secūdo arguit. qz aial mouetur a se. similiter intellectus z volūtas mouet se z substātia spiritualis mouet se.

Maior. Nihil quod quiescit ad quietē alterius a motu suo: mouet a se et per se primo.

Minor. Omne qꝺ mouetur quiescit ad qetem alterius: scz siue partis Conclusio. Igit nihil qꝺ mouetur etiaz ab intrinseco: mouet a se et per se primo

Maior patet ex ꝓpriis terminis. qz qꝺ alicui ꝯuenit ꝑ se nō remouet ab eo ad remotionē eius ab alio. Sed minor ꝓbatur. qz omne qꝺ mouet est diuisibile. vt ꝓbatum est sexto huius. sed parte quiescente totū nō mouetur ꝑ se primo Conclusio sequitur formaliter ex ꝑmissis. Additur tn notanter etiam (ab intrinseco) qz de illo qꝺ mouetur ab aliquo extrinseco per violentiā. manifestum est qz ab alio mouetur. sicut pz de lapide ꝓiecto sursum. Sed si mobile habeat ꝑncipium motus in seipso sicut aial est maior difficultas. nihilominus dicendū est qz tale ab alio mouet. licet non sit sensui manifestū, put patebit octauo huius. Corrolariū primuz. Demonstratio Aristotelis meret ꝓpter quid vocari: ꝓcedit em ꝑ cām et a priori. Patz qz aliquid mouere seipm nihil aliud est q̄z esse sibi causa motus. qꝺ autem est sibi causa alicuius oportet qz primo ei ꝯueniat. quia quod est ꝑmū in quolibet est causa eoꝝ que sunt post. Sed nō potest esse ꝑmū mobile cuius motus non dependeat ab alio. scz a partibus. Nam in sexto ostensum est qz in motu non est inuenire ꝑmū neq̄z ex parte temporis neq̄z ex parte spaciꝫ neq̄z ex parte mobilis ꝓpter infinitam diuisionē. Et ita rō Aristotelis ostendit causam ꝓpter quā nichil potest moueri per se primo. eo qz omne tale est diuisibile in partes infinitas. que scilz diuisibilitas est causa huius negatiue. scz qz nihil potest moueri per se primo. Corrolariū secūdum. Demonstratio Aristotelis est tali ꝯditionali similis: si aliquid est ens diuisibile ipsum nō est ens primum Patz qz cuiuslibet diuisibilis suuz esse dependet a partibus. et pari modo motus totius dependet ex motu partiuz. Et licet phs in sua ꝯditionali supponat falsum. scz cuiuslibet qꝺ mouetur partem posse quiescere. nihilominus sua ꝯditionalis est vera. scilz si pars alicuius totius quiesceret totū nō mouetur per se primo. Sicut hec cōditionalis est vera. si homo est asinus homo est irratiōalis. et veritas huius ꝯditionalis sufficit Aristoteli q̄uis antecedens z ꝯsequens essent impossibilia Ad rationes ad primā dicit qz graue mouetur deoꝛsum a generāte aut remouente phibens. vt patet octauo huius. Similiter dicitur de aqua que redit ad pristinā frigiditatem remoto prohibente. scz calefaciente. Ad secūdam dicit qz animal non mouetur per se primo. vt etiam dicit octauo huius. Deinde ad instantias de intellectu et voluntate et substantia spirituali potest dici primo qz in illis nō est motus. prout in rebus naturalibꝫ inuenitur Rursus in discursu intellectus de principijs in ꝯclusiones ex parte mouentis se habet intellectus agens cum principijs z cum intellectu possibili fm qz est in actu principioꝝ. patitur autē fm qz habet oꝛdinem inferioꝛem acquirendo notitiam ꝯclusionis. et sic solet vocari ratio. Et pari modo est in alijs.

Querit secūdo. Vtrum in motis z mouentibꝫ sit in infinitum processus Pro parte negatiua et vera est philosophus in littera qui premittendo duas suppositiones illam partem efficaciter probat Sed pro parte affirmatiua arguitur primo sic. omne mouens phisicum mouetur. sed omne quod mouetur ab alia mouetur. vt probatum est prius. ergo in mouentibus et motis phisicis est processus in infinitum Secūdo sic. generationes z coꝛruptiones sunt infinite. ergo generantia et genita coꝛrumpentia et coꝛrupta sunt infinita et per ꝯsequens mouentia et mota.

Maior. Nullus motus potest fieri infinitus: si sibi coꝛrespondeat finitum tempus

Minor. Hoc tamen fieret: si nullum primum mouens esset. Conclusio. Igitur in motis per se et mouentibus: non est in infinitum processus